





# ORATIO

*Ex more*

COLLEGII PHILOSOPHICI

*Witteberg. Festo*

B. CATHARINÆ

Anno 1596.

*Solenniter habita*

*a*

Frid. Taubmano:

Professore.



WITEBERGÆ,

*Typis M. Georgij Mulleri,*

Anno M. D. XCVI.

*De S. Catharina  
Patrona facu  
philos. Wit*

31

32

*Quam publicatam*

HENRICO CONRADO

&

SIGISMUNDO MATTHIÆ  
VVENCZELYK

*L. Baronibus à SarabitZ in Triescht &c.  
Fratrib. germanis,*

ET

FRIDERICO TILEMANNO I. U. D.  
Et Collegij nostri pro-tempore

DECANO

L. M.

DOQ. DICOQ.

*Autor.*



*Audita multa dies agitur, quum plange-  
re nostris*

*Hos pluteos elegis non animatus eram.  
Candida Philosophi mihi persuasere Se-*

*Corcula, iudicio qui potiore valent. (natus*

*Qui tantis ego tantillus, pars unica multis*

*Non sua, quo liceat pondere, vota darem?*

*Hac venia tamen est indulta huic gratia facto,*

*Quae festinanti dissipat ore metum;*

*Hos se facturos aequiq; boniq; labores,*

*Seu rudiore ferar seu brevior metro.*

*Vos o magnifici Rectoris numen, & o vos*

*Inclita Baronum nomina, noster honos:*

*Vosq; Professores fidi Rectoris Atlantes,*

*Et tu Leucorea pubis adulta manus:*

*Sitis in hac faciles. & si minus acria current*

*Verba Poetarum non calefacta rotis:*

*Obsequium laudate meum. tam prompta voluntas*

*Parendi, venia non rudis esse potest.*

*Temporis & brevitatis me vobis purget, & aureis*

*Conciliet vestras in mea dicta sibi.*

*Nocturnum sapiant oleum, quae scripta placebunt.*

*Insulsum est carmen, quod mora nulla salit.*

*A 2*

*Quin*

Quin & materies vestrum mereatur amorem:  
Quando sit à nostro non aliena foro.  
HÆC aut illa dies aut praterpropter habenda est,  
Quæ CATHARINA, Charis nobilis illa, sata est.  
Virgo, sed heroës potuit contundere, quales  
Dis genitos coluit prisca superstitio.  
Sese ipsa ingenio superans atq; artibus annos  
Major erat sexûs conditione sui.  
Postquam salvifici perno-vit dogmata verbi,  
Quo divinarum participamus epum:  
Christiane tanto pietatis inarsit ab aestu,  
Tantus & incensus ignis ab igne Dei est:  
Vt ne, Romanum nutu qui terruit orbem,  
Hanc Caesar posset terrificare minis.  
Ipse pater Costus, quæ vi quæ fraude, laborat  
Filiam ab invisio saepe vocare Deo.  
Vt neq; vi neq; fraude potest hos frangere motus:  
Hac alio res est, inquit, agenda modo.  
Convocat, insignem quos fama canebat ob artem,  
Et quos armarat lingua diserta, sophos.  
His una innumeris comittitur illa magistris.  
Una sed innumeros contudit arte viros.  
Quid faciant? ubi verba jacent devicta, resurgunt  
Verbera. quò calamus deficit, ensis adest.

Hac

Hac est haretica constans sententia norma:  
Vincere aut vincas; i, moriâre, tuum est.  
Sic, ubi facunda penetrantia fulmina lingua  
Atq; argumentis consolidata suis  
Frangere non poterant, gladio deposcitur. Et qua  
Voce nequit vinci, vincitur ensis ope. (est,  
Hinc hominem migrasse, Et numen habere putata  
Ac bibere humanas jam dea facta preces.  
Hincq; salutata est olim PATRONA Sophorum,  
Qua Clarium prima parte moveret opus.  
Tu quoq; cui germana suum Sapientia nomen  
Tradidit, Et docta Leucoris auctor eras,  
Saxonia FRIDERICE, (ô sanctam simplicitatem!)  
Traxit in infidam nox tenebrosa viam.  
Iusseris ut laudes hujus cantare quotannis:  
Quò velit Aonium prona fovere gregem.  
Onos egelidos, hâc si sotrice juventus,  
Si debent nostra pensa calere colus!  
Tu calor atherio succense triformis ab igni  
Numinis; hoc opus est unius omne tuum.  
Hinc Catharina sibi laudis ne vendicat hilum?  
Si quid, ut est, laudis; laus ea sola tua est.  
Tu Ludo huic patronus eris: te nostra quotannis  
Iure salutarit carmine Musa suo.

Antè Sophis hæc facta dies à Principe sacra est.  
Communem reliquis hunc voluere Sophi.  
ERGÒ salutifera sementis in urbe Satores,  
Vosq; sacerdotum Juris honora manus:  
Et quorum est hominem verbis herbisq; mederi:  
Nobiscum socias continue preces.  
Dico PRECES: ne quam suspicio credula pompam  
Fingat & in caro gaudia falsa sinu.  
Quid conclamat à nobis atate relictum est  
Præter solliciti pectoris arma, preces?  
Has si ritè Deo sacrisq; litabimus aris,  
Legitimas partes noster hic Actus habet.  
Mirà oculos quondam feriebat imagine, siquis  
Straverat hostilem Marte favente manum:  
Victricesq; gerens lauros acclinus eburnis  
Curribus, aut niveis aureus ibat equis:  
Et rerum ostentans seriem faciemq; duelli  
Urbesq; & vincetos brachia capta duces,  
Exaudibat, Jo, longà comitante catervâ,  
Magne triumphe veni, magne triumphe veni!  
Sed quantum cali terram, res sacra profanam,  
Tantum hac istorum concio vincit opus.  
Moribus antiquis, quùm Roma vicaria Christi  
Nondum erat, Elicij sed studiosa Iovis,

Cui



Cui se cunq; rei primum accinxere gerenda,  
Successu peragi quam voluere bono:  
Electa cervice marem de bobus aruspex  
Admovit tepidis haud sine cade focis:  
Et quid pulmones, & quid, vitalia limes  
Qui secat, ac reliqui corporis exsta velint,  
Explorans, animos superum quasi vit in istis,  
Eventusq; bonos consilijq; fidem.  
Sires ad voti libitum cecidisse reperta est:  
Taurorum cassis est data palma fibris.  
Pars sedes adiere deum freta cerula cali,  
Propositiq; ratas hinc petiere notas.  
Pars avium voces certosq; per aera motus  
Consilij normam constituere sui.  
O genus insipidum, quos picus in omina ducit,  
Quos regit arbitrio sidus & exsta suo:  
Non his erigimur, non his deponimur umbris:  
Nos satis una dei verba magistra docent,  
Quid fuerit melius vitatu quidve petitu,  
Sive foris turbet sors mala, sive domi.  
Quod fit utrunq; hodie. namq; in Germanide tota  
Quid non funesti semina Martis alit?  
Extera ne memorem. rabies Otomana quot annos  
Fulminat Hungaricis Austriacisq; jugis?

Turca

Turca cruentandis jugulis juratus & aris  
Quot quot sunt loti sanguine, CHRISTE, tuo.  
Non caret argento belli Germania nervis,  
Nec vetus in nostro milite robur hebet.  
Cur ergo infamem fugitivo calce salutem  
Quarimus, & toties barbara prada sumus?  
Non sunt consilij armata negotia belli.  
Consilij, inquam, labara nostra carent.  
Vapulat invidia, qui dicere tale quid audeat  
Quodq; fides & res publicat ipsa, loqui:  
Noster eques nuper casus quibus artibus, & quot  
Oppida sint hosti tradita, quotque domus:  
Norunt, qui in trivijs equitant in arundine longa  
E sabuloq; solent edificare casas.  
Æta viris auroq; atq; armis Agria capta est,  
Agria Pæonio Turcicus horror agro.  
Sed nostris reddent! (ad Græcas nempe Calendas!)  
Has spes Hungaria martis alumnus habet:  
Pellicea martis, qua spisso horrore pilorum  
Defendit trepidi corporis acre gelu.  
Sed mihi Sigalion Ægyptius oscula signal,  
Meq; iubet monitus heic meminisse suos:  
Hæc simul & sacris & contestata profanis  
Novimus & priscis moribus atq; novis:

Cujus-

Cujuscunq; Deus fortunam invertere tentat,  
Turbat judicij consilijq; fidem.  
Vota sequar potius. Deus ò Rex maxime regum,  
Incipe tu votis æquior esse meis.  
Ecce, quot illustres anima me corde sequantur,  
Contipiantq; bonas ore favente preces!  
Ne tibi sit duros nobis obvertere vultûs:  
Ne tibi pro nihilo tot bona vota cadant.  
Sed quid te moneo? quasi tu monitoris egeres:  
Has quasi non biberes aure capace preces,  
Jam tum, quando animi secum mens cogitat illas,  
Necdum has egressit lingua ministra foras:  
Tu quasi non pernox, quasi tu non per dius ad nos  
Nostraq; gauderes pervigilare vigil:  
Arbitrio cujus lucem noctemq; videmus:  
Quo sine nec capitæ defluit umbra pili.  
O calum, ò terram! sine te, Deus esset; & Orci  
Et Maris & Terra simus & ira Poli.  
Dispeream, breve si momentum Ecclesia duret,  
Si non perpetuis pessum eat illa modis.  
Sed quòd non fiat, divini muneris omne est.  
Hoc opus è cælo, non aliunde venit.  
Verùm emitur precibus: sed non tamen omnibus æquè.  
Qui pius est, pro se sentiet arma Dei.

B

Si

Si prece muniris, si praefers symbola Christi;  
Vel contra armatos hostis inermis eas.  
Vidi ego qui votis adversum sterneret hostem:  
Et vidi armata non valuisse manu.  
Vota vel è caelo possunt deducere vireis,  
Si vis humanos deserit arcta viros.  
Vix credi poterit, quum fors violentior urget,  
Quam gravis in sociâ sit medicina prece.  
At Deus iratus! Quid tum? pretendite Christum:  
Vivum juro Deum, mox cadet ira Dei.  
Perfacilis flecti Deus est. instate, licet sit  
Illius ira gravis, sit tamen ista levis.  
Vidi terribiles Domini incandescere vultus,  
Cum vellent homines deteriora sequi:  
Et vidi rursus Domini mansuescere vultus,  
Cum reduces mallent utiliora sequi.  
At plus credibili crevit scelus undiq; quid tum?  
Gratia credibili major amica dei est:  
Ac nulli delet facinus delebile multo  
Verbere, si facti panituisse videt.  
Adjuvat in medijs olea ramusculus armis,  
Hostis in adversi quum ruit hostis agrum:  
Nil juvet aeterna pacis praeferre sequestrum,  
Qui pax est hominum mutua, quiq; Dei?

Immo

Immo iuvat. namq; indignum foret aetheris aula,  
Præstarent homines si pietate deo.  
At vitium longo nobis induruit usu,  
Quiq; morâ crevit mos, solet esse tenax.  
Esse solet. quid tum? nervos intendite mentis:  
Mentis quippe bona provehit orsa deus.  
Quicquid erit, prece vincendum est. pugnate precando:  
Qui prece conatur vincere, vincit homo.  
Vincitur & vincitur Homo, sed & ipse Satanas,  
Et prece majestas vincitur ipsa dei.  
ERGÒ ades, & socios ausculta, Christe, precatûs.  
Non faciet longam nostra querela moram.  
Esse magistratum scis nobis, quem, reor, optet,  
Libera cui voti sunt data jura sui.  
Ut melior nemo hoc, ita non metuentius ullum  
Numinis imperium Teutonum ora tulit.  
Atq; togam atq; sagum doctus, sed doctior illam.  
Vtiliorq; tuo, quam sibi, Christe, gregi.  
Si quenquam, in primis hunc sit tibi cura tueri.  
Tempora da vite plura superstes agat.  
Nec tibi sit mirum, nos multam huic quarere vitam.  
Vtilis est patriæ. Num tibi causa levis?  
Hoc salvo, nunquam se victam Ecclesia dicet:  
Aut nostras frangi posse fatebor opes.

B 2

Hunc

Hunc cura Ludum; qui pridem despicit omnes  
Infra se positos quot quot hic orbis habet:  
Ut quoscunq; dabit venturi temporis aetas,  
Noster hic haud illos nomen habere sinat.  
Terra carens Ludis, corpus sine mente putandum est,  
Et sine luce dies, & sine sole polus.  
Quid Schola? Cor mundi: moderatrix aurea rerum:  
Vnica doctrina culta magistra bone:  
Morum formatrix: animorum fabrica: nutrix  
Artium: inexhausta dives alumna rei:  
Virtutum cultrix: veri falsiq; probatrix:  
Utilium genitrix ingeniosa virum,  
Publica quos sibi res, sibi quos Ecclesia, vita  
Quos hinc privata deligit ordo sibi.  
Adde, quod est primum, studium pietatis in illa est:  
Hunc sibi laus Domini vendicat una locum.  
Utq; hujus reliqua; sic haec VViteberga profecto  
Multijuga in primis artis agone calet.  
Demonstrant alij modum rationis acuto  
In partes numerum ducere rite suas:  
Auribus instillant alij precepta juventa,  
Intus & eradunt huic alimenta mali:  
Expoliunt linguas, & rerum singula verbis  
Exornare suis & variare docent:

Innu-

Innumeris numeris numerisque, poema ligatis  
Et qua scripta ratis innumerosa metris:  
Solvete fallaci sinuosa sophismata nexu,  
Cacaque contortis dicta vibrata plicis:  
Naturam mores penitosque, subire recessus;  
Quam Deus hanc mundi temperet arte domum:  
Stellarum positus, Solis calique, meatus  
Argutis radij disposuisse viis.  
Luna laboranteis cur occulat invida vultus,  
Solis et atratos cur rota celet equos.  
Quei loca non visa metemur disita terra,  
Et qua quis docto pulvere digna putat.  
Historias alij reserant et tempora: prisci  
Quid memorent Fasti, quid spaciosa dies.  
Quarere quei famam, quesitam impune tueri  
Debeat incolumi mascula turba fide.  
Enucleant alij mutas Hippocratis artes:  
Prælucent alij Juris utramque facem:  
Intendunt alij munus sublime, quod horret  
In girum angusta cognitionis agi:  
Scriptura genium veterumque oracula vatum  
Artis et ingenij luce sagace notant:  
Quei rerum sator ille Deus se possit Hebræa  
Virginis exileis insinuare fibras;

*Carnis & humane tantillo indutus amictu*  
*Germen habere hominis, germen habere dei:*  
*Quei rex natura, natura cedere legi,*  
*Mortalique Deus more subire necem:*  
*Queique dari possit superis expergitus auris,*  
*Frigida quem vita pausa secuta fuit:*  
*Et quei peccatis hominum dissuta, vicissim*  
*Gratia cum tumido sartacore Deo: (nunquam*  
*Quid Deus, & quid Christus: & hunc quei claudere*  
*Pectoris humani vascula parva queant:*  
*Et quam vana horum pradetur opinio sensus,*  
*Qui sub sensiculos hunc rationis agant:*  
*Accupiant Christum cerebelli includere septis,*  
*Quem nequit ingenti claudere terra sinu.*  
*His studijs calet hæc, quod nosti, lucta cathedra:*  
*Et magis atque magis deinde calere cupit.*  
*Pro quibus obsequijs, si fas est, CHRISTE; paciscor,*  
*Leucoris adsiduus tutor ut esse velis.*  
*Ausit ut hanc si quis nocuis invadere turbis,*  
*Aut male prestigijs infatuare vafris:*  
*Aut odio obscuro, aut morsu incurfare profano:*  
*Hunc tu! sed taceo: scis, puto, quod sequitur.*  
*Tuta etiam Patria sint alcedonia terra:*  
*Sit res tuta foris publica, priva domi.*

*Perde*



Perde viros, qui bella volunt Martemq; laceffunt.  
Sanguine fac peffum sanguinis autor eat.  
Nec committe, sacri pretio tibi sanguinis emtas  
Quisquam crudeli sanguine mactet oves.  
Ut discant hostes, nunquam vertigine sortis,  
Aut cacorum turbine tanta geri:  
Sed potius servare tuo te numine solum  
Agmina mandatis obsequiosa tuis.  
Subde novas homini vires, rege luce priores.  
Vires namq; viri te sine virus alunt.  
Sitq; fide constans: si res fert, mobilis ade.  
Terreri Attalica conditione neget.  
Non ad fortuna regumq; favoris ad auram,  
Plebis ad applausum verba fidemq; trahat:  
Audeat invicto sed pectore dicere, Tortor,  
Quid me ferre jubes? En ego, ferre jube.  
COMMODA temperies cali sit & aëris: in nos  
Semina morborum nequa cruenta fluant.  
Absit morbus egens, victus panuria, magni  
Aut comes, aut certè nuntia prima mali.  
Nusquam fallenti vitis progerminet uvas  
Palmitè: quò damnum sarciat antè datum.  
Neu seges eludat messem fallacibus herbis,  
Sed sibi tramissas larga remittat opes.

Iam-

Jam nunc (quod flendum est) terra atq; injuria cali  
In nos conjurant. res facit ipsa fidem.  
Nec res macra modo est: Spes despondenda laborat  
Ipsa quoq;: & multos ducit hiante metu:  
Quanam sint vitæ posthac alimenta caduca:  
Cuiam serventur corpora nostra fami!  
Certè nuper humus pro ventu divite visa est  
Vinetumq; gravi luxuriare botro.  
Post mentita tamen spem sunt. queruliq; coloni  
Mensuram voti non habuere sui.  
Heliadum ramis plus, quàm sint grana ferendo,  
Flentibus, inter aquas uvida messis erat.  
Hinc pro fruge metunt siliquas nauciq; cucullos:  
Frumentiq; explet stramen inane vicem.  
Sic multum imminui res frumentaria cepit:  
Quòd solita annonæ copia deerat agris.  
Et causa in promptu est: Quoniam nos flere pigebat,  
Ac sordes lacrimis antè lavare pijs:  
Flet calum, camposq; lavat: lacrimasq; colono  
Elicit invito: rus quia fruge caret.  
O promus-condus penoris prædivitis, ecquid  
Sentis hos equàm mente, Jehova, metus?  
Sentio, ais, quidni? Sic vos punire paravi:  
Sic ponam immodica calica frena gula;

Sic,

Sic, quicquid vestri meruèrunt pendere mores  
 Haètenus, hoc anni tempore pendet homo.  
 Quid si non faceres? quid si peccata perosi  
 Altera mutatis vela daremus aquis?  
 Sape minas iramq<sup>3</sup>, tuam penamq<sup>3</sup>, levasti,  
 Cum peccati hominem panituisse liquet.  
 Ibo per exemplum, quoties genus Isacis olim,  
 Ob scelera incensum te dedit inque minas?  
 Cum jam supplicio velles maètare: Jehova  
 Respice, clamabant. Respicias, & bonus es.  
 Momentum levius non èst Ecclesia nostro  
 Tempore. conserues hanc modò, Christe, diu.  
 Perfida sed toties, ais, èst mihi. perfida certè èst,  
 Perfida: sed quamvis perfida, cara tamen:  
 Tantum restituat tibi se. cade, ure seaque,  
 Quicquid agis, sanguis èst tamen illa tuus.  
 Sed neq<sup>3</sup>, fastidire potes, nec eam dare pessum:  
 Sic hujus socio totus amore cales.  
 Ergò animos medicare hominum motore salubri:  
 Suggere & obsequij semina grata novi.  
 Perfidam dices, tibi qua modò perfida dicta èst:  
 Lausq<sup>3</sup>, erit ante tuos sera, sed ampla pedes.  
 SALVA sit idcirco spes nostra: nec impetus anceps  
 Debilitet dubio corda supina metu.

C

Dictum



Dictum actum, quod Jova jubet: vox edita res est.  
Hic in speratam spem dare solus habet.  
De nihilo creat hic aliquid: de pane minuto  
Callet hic innumeros obsaturare viros.  
Tantum huic dicamus votum impetrabile: cultu  
Morum exturbemus furta priora novo.  
Utq; voluntatis non deserat orsa facultas,  
Successus animis adde, Jehova, pares.  
Iuratum cohibe Satanam mortalibus hostem,  
Cumq; hominum morbo congrege quicquid obest.  
Hic auceps anima cum primis subdolis unum,  
Nobis securum non sinit ire diem.  
Nos hic odoratur, nos investigat, & astu  
Quovis degustat, qualibet arte premit.  
Noctęque, quum fusco somni velamur amictu,  
Spectra magisterijs objicit innumeris.  
Luceq; quum soliti legata negotia pensi  
Quisq; suo curat robore, quisq; loco:  
Nos hic ab officio tractos, & ut illice cesto  
In nassam ductos ad scelus ire jubet.  
Et nisi tu semper geniorum praside cætu  
Nos custoditos, optime Christe, dabis:  
Non mille excubia, non hunc signata repellent  
Limina. persuaso fallere rima sat est.

Sed

*S E D scio, non multos furor hic exhibit in annos:  
 Savitia istius pro fore finis adest:  
 Ni sit inops veri Deus ipse, quibusq; futuram  
 Eventus sortem posse videre dedit.  
 Huic dica dicetur, Christiq; trahetur ad urnam  
 Judicis, & de se supplicium acre dabit,  
 Supplicium aeternum. victrix Ecclesia lato  
 Eminus hac oculo cernet & aure bibet:  
 Atq; triumphanti similis sic saepe rogabit:  
 Tandem animi cecidit spiritus iste tui?  
 Quò furor, & sceleris nunquam exsaturata libido?  
 Aude aliquid socio cum grege, si quid agis.  
 Hi contrà horrendo sub fulmine tormentorum  
 Vix hoc in verbum sufficient, E U I M U S.*

**F I N I S.**



*Ne chartæ modus inanitate literarum deformaretur, Typo-  
 graphus supplementum petebat qualequale: &  
 cujusmodi hoc est, quod vides,*

**L E C T O R.**

**C 2**

**Qui**



Hic est, quem vates olim cecinere futurum,  
Exsuta est sceptris gens ut Hebræa Iuis,  
NOBIS hic natus, NOBIS datus unicus unis,  
Baptisma hunc unum prendit & una fides,  
Hic ab Adamigeno solvit humana reatu,  
Instauratque sacræ ruderera lapla viæ.  
HANC instate viam: Puerumque urgete sequendo,  
Non est ad cælum tutior ulla via.  
SALVE, dia salus, dicat, quicumq; salutem  
Credat in hac Pueri stare salute suam.  
SALVE, Pax hominum, dicat, quicumque præoptat  
Nostra perennanti sæcula pace frui.

---

*Quòd; non, Quomodo.*

SCRUTARI quoties hominis natalia Christi  
Audet homo, & facti sollicitare modum;  
Ilicet humanæ rationis acumen hebescit,  
Caligant oculi, cor pavet, ora silent,  
Factus homo Quòd sit Deus; edam. Quæso, quis autem,  
Quomodo factus homo sit Deus, edet homo?

---

*Fides certa.*

Certa fides non est, dubio quæ fluctuat æstu,  
Posse Deo soli fidere, certa fides.

---

*Memento novissimorum.*

Vt nunquam pecces, meditare novissima rerum,  
Quàm longa ÆTERNI nominis illa mora est!

---

*Surrexit Christus hodie.*

Membrum ego sum capitis Christi. Caput exijt urnâ,  
Ipse tenebor humi, si caput exit humo?

---

*Christus in Horto.*

Sanguineas Christus guttas sudavit in Horto,  
Ante patrem suboles, & Deus ante Deum.  
Si minus ex alijs; ex hoc, Homo, disce vel uno,  
In scelus humanum quanta sit ira dei.

---

*Christus in Ligno.*

CHRISTE, Palæstinæ moriens in robore quercûs,  
In Fidei da me robore posse mori.

---

*Quinq; CHRISTI saltûs.*

O Homo, quincuplices CHRISTI mihi dispice saltûs,  
E cælo in gremium Virginis VNUS erat,  
Virginis è gremio durum præsepe fit ALTER.  
Fitque è præsepi TERTIUS ara crucis.  
Ex arâ crucis in tumulum fit QUARTUS. & ex hoc  
Deserti rursum QUINTUS ad astra Poli.  
QUINQUE dedit saltus: ut det mortalibus VNUM  
E terrâ in cælos. Saltus o une, sat es!

---

*Deum hominem factum, rationi creditus  
difficilimum.*

Factum hominem esse Deum, magnum & memorabile  
Inter & humanos Angelicosq; choros, (mirum est  
Nec



Nec minus hoc mirum est; Humanum posse doceri  
Pectus, ut accredat, Factum hominem esse Deum.

---

*CHRISTUS IMMANUEL.*

Nascitur Immanuel, moritur, sepelitur, ad Orcum  
Visit, & evictâ morte revisit humum;  
Visus humi cælum repetit, cæloq; redibit,  
Et patrias mecum participabit opes.  
IMMANUEL caput est: capitis sum pensile membrum.  
Si caput in cælo est, membrane claudet humus?

*Teutoricè.*

¶ Eborn wird Immanuel/  
¶ Stirbt/wird begrabn/ fehrt in die Hel:  
¶ Wird des Todes tod/ steigt aus dem Grab/  
¶ Und bringt mir wider Gottes gab.  
¶ Er ist das Haupt/ Ich bin sein Glied/  
¶ Fehrt er gehn Himmel/ so mus ich mit.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Second block of faint, illegible text, separated from the first by a horizontal line.

Third block of faint, illegible text, appearing to be a list or a series of entries.



Ye 3447

ULB Halle 3  
003 033 120




Sb.

VDA7

03, 2001 Bd.







# ORATIO

*Ex more*

COLLEGII PHILOSOPHICI

*Witteberg. Festo*

B. CATHARINÆ

Anno 1596.

*Solenniter habita*

*à*

Frid. Taubmano:

Professore.



WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri

Anno M. D. XCVI.

*De S. Catharina  
Petrona fave  
philus. Witte*

31

32